



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 12. Joannis Baptistæ Camoti extremas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

ferit, quam octodecim diversis modis Sæcul. XVI.  
A.C. 1581.  
comprobat. In secundo libro Christianos hortatur, ut studiis operam navantes Evangelium Mahometis Sæctoribus annuntient: porro postea omnes illorum opiniones refellit, atque Alcorani historiam describit, & prolixè admodum doctrinam ibidem contentam discutit. Tertius liber agit de falsarum Religionum origine, ac de Idololatria, necnon de gentium, & civili jure, ac de mutuis hominum officiis: denique in quarto differit præcipue de consona Mahometanos, Judæos, & Paganos ad rectam veritatis semitam reducendi ratione, ubi Judæis sectæ suæ falsitatem demonstrare, eisque Religionis Christianæ veritatem ob oculos ponere singulari studio nititur: scripsit præterea Postellus. I. *Clavem absconditorum a constitutione Mundi III.* tractatum de *Etruriæ Regionis Origine II.* de *Candelabro Moysis*, præter plures alios tractatus, qui tamen ad nostrum institutum non pertinent.

## §. XII.

*Joannis Baptistæ Camoti extrema.*

Hoc item anno Italia quorundam Doctorum mortem plangebatur; inter illos enim primus obierat Joannes Baptistæ Camotus Afolæ, quæ est exiguum Thuan. l. 74.  
Tar-

Sæcul. XVI  
A. C. 1581.  
Tarvisianæ ditionis oppidum, ex per-  
vetusta familia natus, qui in græca, aliis-  
que Orientalibus linguis apprime ver-  
fatus ab initio medicæ arti operam da-  
bat, relicto autem hoc studio in Hispa-  
norum Collegio dein Maceratæ in Mar-  
chia Anconitana Philosophiam trade-  
bat, quo munere adhuc dum ibidem  
fungebatur, dum Pius IV. Papa illum  
Romam evocaverat, ut græcorum Pa-  
trum versioni insudaret. Scripsit is qui-  
dem plura, ex quibus tamen nonnisi  
quædam orationes, & commentarii in  
Theophrastis Metaphysicam typis im-  
pressi prodire, cetera autem opera il-  
lius manu exarrata adhuc in Bibliothe-  
cis asservantur. Denique hoc anno  
Christi millesimo quingentesimo octoge-  
simo primo, ætatis vero suæ sexagesi-  
mo sexto die vigesima Martii animam  
Deo reddidit.

## §. XIII.

*Hubertus Foglietta mortuus.*

*Thuan. l. c.*  
*Possev. in*  
*appar. Mi-*  
*raeus l. c.*  
*Sopran. de*  
*Script.*  
*Ligur.*  
Pariter Hubertus Foglietta Genuen-  
sis Sacerdos inter Nationis suæ Vi-  
ros longe doctissimus hoc anno e vivis  
excessit. Is erat Filius Augustini Fog-  
liettæ, qui Julio II. Leoni X. & Cle-  
menti VII. a consiliis, quatuor numo-  
rum millium pensione a Carolo V. Cæ-  
sare donatus fuerat, in præmium in-  
signis